

dotem petit. plane is qui emptor quodammodo intelligitur, dominus etiam quodammodo intelligi potest.

21 Secundo, pro marito ponderatur textus in l. si praedictum 23. C. de jure dotium. dicitur enim expresse in ea lege, quod uxor res dotales semel in dotem traditas marito, alienare non potest: & reddit rationem, quia dominium earum rerum marito quaesitum non potest mulier ipsa alienando auferre. Sed huic difficultati satisfaciendo conatur Lara, in §. si quis ex his, n. 252. leg. si quis a liberis, ff. de liber. agnoscent. & respondet, verum esse constante matrimonio uxorem esse dominam dotis ideò tamen (licet domina sit) res dotales alienare non posse, quia laederetur vir, qui sustinet onera matrimonii, propterea quod per alienationem careret commodi fructuum, quod ex lege illi competit, ideò alienatio prohibita est ipsi uxori: verum hanc solutionem novè improbat Petrus de Barbosa in dicta l. dotalem, num. 1. in fine fol. mibi 955. Ex eo, quod ille textus non fundatur in læsione viri, sed dumtaxat moveatur principaliter ea ratione, quod mulier non potest alienando auferre dominium marito quaesitum; quæ ratio secundum eum, evincit dominium dotis esse penes maritum. Sustinendo tamen Laræ solutionem, eruditissimi Barbosa impugnati responderi posse confidero; uxorem constante matrimonio res dotales alienare non posse propter rationem prædictam; hoc est, quia cum dos detur marito propter onera matrimonii, quæ sustinet læderetur jus mariti in fructibus, & administratione, ex tali alienatione, & tolleretur illi nolenti, rei jam quaesitæ dominium, hoc est, dominium illud, quod in marito constante matrimonio dari supra diximus; quod cum à tempore contracti matrimonii, & traditionis dotis sibi quaesitum fuerit, per alienationem uxoris non potest auferri. Ex quo, melius quàm adhuc remanet explicata communis argumentatio, quæ ex illo textu deducitur: nam etsi dicatur ibi, rei jam quaesitæ dominium marito auferri non posse; non tamen expressum, illud esse verum & proprium dominium, aut quale dominium sit, sed dumtaxat dicitur, dominium, quod ex aliis legibus, de impropio quodam dominio, quod subtilitate, aut fictione juris procedit intelligendum est. Ut alio loco intellexit idem Barbosa in l. divortio. §. si fundum, ff. soluto matrimonio, n. 29. in principio fol. 1049. Ubi dixit expresse, quod maritus non efficitur simpliciter dominus dotis, sed tantum, quoad jus administrandi & faciendi fructus suos, & eorum respectu dominus appellatur.

22 Tertio pro marito expenditur vulgatum argumentum, quod desumitur ex l. dote ancillam, C. de rei vendicatione. Quatenus probat, rei vendicationem pro rebus dotalibus marito competere tantum, dum constat matrimonium; at rei vendicatio illi competit, qui habet dominium, ex lege l. in rem, 24. ff. de rei vendicatione. Ergo mulier, cui denegata est rei vendicatio, dominium non habet, & consequenter mariti dominium esse videtur. In qua difficultate Petrus de Barbosa in l. dotalem, n. 1. versic. 2. pro eadem parte, ibi neque huic inductioni, ff. soluto matrimonio. in primis, & rectè quidem, Pinelli, Laræ, & aliorum solutiones, aut rationes improbat; postmodum verò n. 4. ejusdem leg. in vers. non obstat secundum: existimat huic argumentationi responderi posse, dominium uxoris offuscatum fuisse de jure civili, sive juris civilis subtilitate, propter quam offuscationem mulier non consideratur tanquam domina dotis, quoad effectus civiles, & inde cum actiones pertineant ad jus civile, l. 2. §. deinde ex his, ff. de origine juris, mulieri non competit rei vendicatio. Quæ tamen solutio fuit Martini, (quem ipse non refert) ut constat ex glossa in dicta l. in rem actio, ff. de rei vendicatione, ibi: Solutio, habet offuscatum, secundum Martinum. eodemque modo intellexit Anton. Galeatius Malvassia (quem hactenus nullus retulit) in cons. 3. n. 10. volum. 1. ibi: Et cum ejus patrimonio, civili ratione, fuerint confusa. Et allegat textum in dicta l. doce ancillam. Nihilominus tamen; uxorem constante matrimonio verum domi-

nium dotis habere, etiam de jure civili, clare ostendunt multa jura, quæ statim expendam; ideò non ita simpliciter dici posse mihi videtur, quod dominium uxoris circa res dotales ita offuscatum, ut in nulla consideratione habeatur de jure civili, aliud enim subtilitate, vel fictione juris, propter rationes adductas supra n. 20. videri quasi dominium dotis penes maritum existere; & res dotales, in patrimonium ejus translatas: ut dicit textus in l. in rebus C. de jure dotium. Quæ lex rectè ponderata multum urget pro hac nostra sententia; non enim dicit, legum subtilitate dominium uxoris fuisse offuscatum, & translatum in maritum, sic ut in uxore de jure civili in nulla consideratione habeatur; sed tantum dicit, quod legum subtilitate transitus rerum dotalium videtur fieri in patrimonium mariti: & utitur verbo, videatur, quod fictionem & impropriam denotat: ut post glossas, & plures Doctores, ex communi constituit Jalon in l. si is qui pro emptore, ff. de usucapionibus n. 96. §. n. 107. & 108. Tiraquel. in tract. Le mort fait, declarat. 5. 2. part. n. 13. Roland. in cons. 86. n. 31. §. 32. volum. 2. Et postmodum dicit etiam, quod bona dotalia secundum legum subtilitatem, ad mariti substantiam pervenisse videntur, quæ verba fictionem etiam aut impropriam denotant. Aliud verò est dicere, dominium uxoris fuisse offuscatum de jure civili, ut in nulla consideratione habeatur; cujus contrarium potius denotari videtur in dict. l. in rebus. Hoc est, non ex eo, quod legum subtilitate, res dotales videantur in patrimonium, & substantiam mariti transire, & indutum quoddam quasi fictitium, & improprium dominium; rei veritatem deletam fuisse, aut mutatam, secundum quam uxor remanet domina vera dotis, quamvis propter dictam fictionem, aut subtilitatem juris, exercitium actionum, & jus alienandi dotalia, illi fuerit prohibitum. Nec inde sequitur offuscatum videri dominium, cum jus alienandi sæpe aliquibus prohibeatur, nec ideò desinant habere dominium, ut cap. sequenti probabimus: & post alios advertit Velasq. de Avenda-fios, in l. 14. Tauri gloss. 1. n. 7. Ex quo mihi placere non potest distinctio, sive concordia Petri de Parbosa in hac materia. Is enim pro concordia diversarum sententiarum, quæ sunt in nostra quaestione, existimat dicendum in dict. l. dotalem. n. 8. in fine. §. n. 9. quod ubi res traduntur ex causa dotis, non videntur tradi ex mente, ut dominium transeat in maritum, nisi tantum quoad jus administrandi bona, & recipiendi fructus, intelligendo id (ut ipse distinguit) attentio jure naturali; sed attentio jure civili verum & proprium dominium esse mariti, dominium autem naturale, quod videbatur manere penes uxorem, offuscatum esse jure civili, & in nulla consideratione haberi. Verumenimverò, multo verius credo etiam de jure civili, dotalium rerum, constante matrimonio, verum dominium remanere penes uxorem; quia etiam de jure civili (quo sæpe uxor domina nuncupatur) rei veritas non ideo deleta vel confusa est, quod ejusdem juris subtilitate, aut fictione, res dotales in substantiam aut patrimonium mariti videantur transire, & sic quasi dominium illud, quod ex juris subtilitate, aut fictione marito datur, rei veritatem non immutat, nec mulieri verum dominium auferit. Cum possit concurrere simul; & uxorem veram dominam dotis esse & maritum simul, ob rationem superius repetitam, dominium quodam modo habere videri. Id quod in hac materia fatetur expresse Cujacius (quem hucusque nullus ad propositum retulit) is enim in recitationibus solemnibus ad libros Codicis, ad titulum C. de jure dotium. in princip. fol. mibi 303. scribit: Maritum esse dominum dotis, quæ ei est tradita, ut latius fundat ibi, & distinctionem adhibet, quæ ex juris ratione facit utrumque dominum; & maritum, qui accepit dotem; & uxorem, quæ dedit dotem, vel cujus nomine data est. Nam ait juris subtilitate esse dominum matitum, re vera dominam esse uxorem: & secundum hanc distinctionem facimus duos dominos ejusdem

25 ejusdem rei, ut iterum dicemus infra num. 43. Deinde, & secundo placere non potest interpretatio, quam ad textum in dicta l. in rebus, C. de jure dotium, tradit ipse Barbosa in dicta l. dotalem, num. 7. in fine. nam dum ille textus dicit, propter illam constitutionem civilem, rei veritatem confusam non fuisse nec deletam; respondet, quod in illis verbis voluit significare Imperator, non obstante civili constitutione, aliquos casus reperiri, in quibus jus civile uxorem considerat adhuc pro domina, scilicet attentio jure naturali ex juribus ibi adductis: quod admitti non potest, nam si verum amamus, clarè colligere possumus Imperatorem in ea lege, ad aliquos casus nequaquam se restrinxisse, sed generaliter potius statuisse, ex illo jure subtilitatis, quæ res videntur in substantiam, aut patrimonium mariti transire; rei veritatem non deleri, sed uxorem adhuc dominam esse, & sic jus civile, non obstante fictione, aut subtilitate illa ejusdem juris, considerat uxorem pro domina, licet jus administrandi dotem, recipiendi fructus, & alia similia, propter onera matrimonii marito concesserit, ipsique liberam disponendi de rebus facultatem abstulerit.

26 Nec aliquid urget pro marito, vulgatum Doctorum assumptum, quod ex textu in dict. l. doce ancillam, desumitur, marito competere rei vendicationem, & idcirco eum dumtaxat esse verum dominum. Falsum enim est, domino tantum rei vendicationem competere: nec textus in d. l. in rem actio, ff. de rei vendicatione, id probat; sed dumtaxat dicit, quod domino competit rei vendicatio, non autem excludit, aliis competere, etsi domini non sint; quia rei vendicatio competit etiam his, qui rem in bonis habent: ut in l. rem in bonis, ff. de acquirend. rerum dominio: at qui maritus bona dotalia in bonis habet, l. quamvis ff. de jure dotium. Nec est necesse, re meam esse, ut in bonis meis dicatur esse: sed sufficit jus aliud habere: l. bonorum ff. de verb. significat. quod in hac materia exemplum ponens rectè assequutus est Joannes Vaud. variar. quest. juris, lib. 2. quest. 3. in prin. ubi probat novum non esse, vendicare maritum posse, quam rem in bonis habeat, & si dominus non sit; nam & ante nuptias donationis mulier, tametsi domina non sit; §. hoc sancita. Novell. de nuptiis. authent. in donatione. C. de secundis nup. illius tamen persequendæ causa, si forte maritus aliunde distraxerit, adversus quemlibet possessorem, vendicationem habet. Novella. permissa. de donationib. ante nupt. & respondet ad argumentum, quod objicitur ab Accursio in dict. l. in rebus. in re dotali usufructuenda; marito accessionem possessionis dari. Id enim non illi suo jure permissum est; at personæ omne mulieris referat acceptum oportet: l. dotis fructus §. si res. ff. de jure dotium.

27 Quarto in favorem mariti argumentum adducitur, quod qui dominus non est, non potest servum manumittere: l. 4. C. de his qui à non dominis: Sed maritus potest servos dotales manumittere, l. dotalem. 62. ff. soluto matrim. l. 1. §. ultim. C. de servo pignori dato manumisso. Ergo maritus dominus dotis est: Hoc tamen argumentum facile diluitur, animadvertendo, eam manumissionem nihil officere dominio uxoris, cum non aliter constante matrimonio maritus servos dotales manumittere possit, quam si solvendo sit; nam si non solvendo sit, lege Ælia Sentia libertas impeditur servi dotalis, l. servum. ff. de manumissionib. l. 1. C. de servo pignori dato manumisso. Præterea quia speciale est favore libertatis, ut quamvis, qui nullo modo dominus est manumittere servos non possit, ille tamen, qui ficto saltem & improprio modo dominus est (ut maritus, qui quasi, aut fictum dominium habet) manumittere possit: & ita responderi posse, dixit Barbosa in dict. l. dotalem nu. 4.

28 Quinto, pro marito urgere videtur text. in dict. l. in rebus, C. de jure dotium. Ex qua communiter colligunt Doctores, novè disponi, ut dominium rerum dotalium; ipso jure revertatur ad mulierem, soluto matrimonio; absque aliqua traditione: ut ex aliis multis securè adnotarunt Arias Pinellus 3. par. legis 1. C. de bonis maternis. Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris Tom. I.

num. 14. vers. in eodem articulo, & aliam referendi Unde sequi videtur, dominium rerum dotalium constante matrimonio, apud maritum fuisse, non apud uxorem, aliàs non diceretur ad eam reverti. Quam sententiam cum aliis ibidem relatis, contra Joannem Garziam, & alios defendit etiam Barbosa in dicta lege dotalem, num. 8. §. 9. in fine, §. num. 10. Quo loco constanter tuetur, & magis communem sententiam esse dicit, rerum dotalium dominium, de jure Digestorum non transire, ipso jure, in mulierem, soluto matrimonio, sed opus fuisse, quod actualiter illi traderentur, aut restituerentur. Et inde infert ad argumentum supra positum, quod si dominium constante matrimonio, penes uxorem esset, soluto matrimonio, ipso jure continuaretur, nec esset necessaria decisio Justiniani in dicta l. in rebus. Quæ tamen, ut ipse credit, opus fuit, propter offuscationem domini de jure civili causatam, de qua supra diximus. Nihilominus tamen, huic argumentationi responderi posse confidero, constituendo, prædictam resolutionem non esse omninò tutam, cum contrariam amplexi fuerint quamplures Juris Authores, quos in unum congefferunt Barbosa, & Pinellus ubi supra. Doctor Spino in speculo gloss. 10. de legato pro dote relicto num. 74. Posito tamen, quod vera sit ex relatis supra, & Antonio Galeatio Malvassia, qui loquitur in pulchro casu, in consil. 53. nu. 10. vol. 1. dicendum est, dubitandi rationem illius legis, ex illo improprio, & subtilitatis jure ortam fuisse, ex quo res dotales in substantiam aut patrimonium mariti transisse videtur, ut dicit Imperator ibi. Nam ex quo semel illæ res fictione, aut subtilitate juris fuerint translatae in substantiam mariti, & quasi radicate in patrimonio ipsius, videbatur dicendum, non posse eas res à patrimonio mariti abdicari, & uxorem ipso jure, soluto matrimonio transire, sed necesse esse, quod actualiter per maritum, vel hæredes ejus, restituerentur uxori: Justinianus tamè considerans prædictas res, & ab initio uxoris fuisse, & naturaliter in ejus permanisse dominio, nec veritatem immutandam esse ex subtilitate aut fictione juris civilis, quæ habere potest locum, etiam manente vero dominio penes uxorem; decernit in eo textu, actionem, & prælationem, de qua ibi mulieri competere, & dominium rerum dotalium ipso jure transire, soluto matrimonio, in ipsam uxorem, sic ut magis continuatum, quàm re translatum videatur. Denique & ultimò, & alia Jura pro marito ponderari solent, quæ adducit Barbosa in dicta l. dotalem. à principio, & novissimè Antonius Pichardus in principio Institutionum, Quibus alienare licet, vel non num. 10. per totum. Illis tamen, & aliis quibuslibet satisfieri potest, ex dictis supra à num. 20. cum sequentibus. Licet eorum rationibus moti, (nec plenè veritatem assequuti) quod dominium civile & naturale rerum dotalium, dum constat matrimonium, mariti sit, post longam disputationem, tenuerint Gloss. in d. l. in rebus, verb. naturali Civus, Bartolus, & Baldus, num. 6. & alii communiter, ut ibi asserit Salicetus num. 5. gloss. in aliis locis, Campagnus, Novellus, Jalon, Rogerius, Hippolytus Rimin. & Menoch. in locis relatis, per Barbosam in dicta l. dotalem, n. 2. in principio. qui hanc partem veriorè credit n. 5. cum declaratione tamen supra tradita: & indistinctè in l. 1. ejusdem tituli ff. soluto matrimonio, 1. parte n. 28. versicul. Ad veram tamen resolutionem: §. in l. 2. 1. part. in princ. n. 56. §. in l. divortio. §. si fundum, n. 23. vers. Cui tamen conclusioni. Et ultra relatos per eum, eandem opinionem tenent Antonius Gomez. in l. 50. Tauri, n. 20. vers. Item adde quod uxor. Quæstada divers. quest. juris, cap. 15. n. 18. §. seqq. Lancelotus Gallia. in cons. 4. num. 15. Andrieus Gaill. pract. obser. lib. 1. observ. 133. num. 7. Cephalus in cons. 63. num. 5. l. 1. §. in cons. 214. num. 3. lib. 2. Antonius Galeatius Malvassia in cons. 3. num. 10. vol. 1.

Sed pro uxore sunt etiam & alia multa Jura, & quæ magis urgent, quàm ea, quæ pro marito adduximus, 30

Primò, Textus in l. in rebus, C. de jure dotium. dum dicit. Quòd res dotales & ab initio uxoris fuerunt, & naturaliter in ejus permanserunt dominio. Et dum dicit, propter illam constitutionem civilem, rei veritatem non esse deletam, nec confusam. Cui minime satisfacit Barbofa in dict. l. dotalem, n. 7. in fine, ut supra vidimus. Secundò Text. in l. assiduis. C. qui potiores in pignore habeantur. Ubi constante matrimonio, dos dicitur propria substantia mulieris, & aliena mariti, l. filium. ff. de collatione bonorum. Tertio Textus in l. divortio. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. Ubi Jureconsultus Papinianus, fundum dotalem, respectu mariti, alienum appellat. Et in l. si constante, §. si mulier, ff. eodem tit. Quartò l. 2. §. quòd si in patris ff. eodem tit. ibi: ipsius est filia dos est, cum aliis, quæ novissime adducit Antonius Pichardus in dict. principio, Quibus alienare licet vel non, num. 3. per totum.

31 Quintò facit Textus vulgatus in l. 3. §. sed utrum. ff. de minoribus, in illis verbis: Quoniam dos ipsius filia proprium patrimonium est. Cui tamen respondet Barbofa in dict. l. dotalem, num. 6. in fine, quod dos, habito respectu ad uxorem & maritum, attento presenti statu, dicitur esse mariti, sed propter spem restitutionis dicitur esse mulieris. Quæ solutio reinclit in sententiam Glof. Pauli Castrensis, & aliorum, quos referens novissime impugnatur Hieronym. de Cævallos practicarum quest. five communium contra communes, quest. 3. n. 38. & 39. Ubi num. 40. allegat nonnulla Jura, quibus ostenditur manifestè, dominium, sive jus uxoris de presenti esse considerabile, non verò de futuro. His addo, prædictam solutionem valde repugnare naturæ & proprietati verbi est, quod in dict. §. sed utrum, continetur: & præsens tempus propriè significat, non futurum, ut scilicet de presenti, non spectato tempore restitutionis, dos dicatur proprium patrimonium, & substantia mulieris. Verbum autem, quod ex sui natura, & proprietate præsens tempus & non futurum denotat, ad futurum referri non debet, ex his, quæ scripserunt Bartolus in l. Mela. §. sed si alimenta. n. 2. ff. de alimentis leg. Castrensis per illum Textum, & alia Jura, in l. qui adficium, n. 2. ff. de servitutibus urbanorum. Maxime, quia verba potius intelligenda sunt de presenti, quam de futuro. Ut ex aliis probat Cephalus in conf. 253. num. 21. lib. 2.

32 Sextò & ultimò, (alia Jura scilicet prætermittit), est Textus valde singularis in l. quamvis, 78. ff. de jure dotium. Ubi Jureconsultus Triphonius expressè dicit, Dotem mulieris esse, & utitur verbo est, quod de sui natura veritatem, & proprietatem significat, ex doctrina Bartoli, in l. si maritus, §. legi. ff. ad legem Juliam, de adulteriis. Baldi, in l. que fortuitis, C. de pignoratitia actione. Quos sequuntur Decius in l. in eo, quod plus, ff. de regulis juris. Antonius Galeatus Malvasia in conf. 96. num. 4. vol. 1. Joannes Cephalus in conf. 135. n. 28. inter consilia ultimarum voluntatum, volum. 2. Joannes Vincentius Hondedei, in consil. 57. n. 29. volum. 1. Et sic placere non potest interpretatio, quam ad eam legem tradit idem Barbofa in dicta l. dotalem, num. 6. dum dicit, Dotem dici mulieris, quia necessariò ei restituenda est, soluto matrimonio: cum contrarium expressè, imò constante matrimonio dotem dici mulieris, nullo habito respectu ad tempus restitutionis, dixerit Jureconsultus ibi. Unde ex dictis Juribus contrariam sententiam, scilicet, uxorem esse veram dominam dotis, dum constat matrimonium; & maritum dumtaxat videri habere fictitium quoddam, sive improprium quoddam dominium, tenuit Martinus a Gloffa relatus, in dicta l. in rebus, verb. naturali Et sequuntur Accursius, Paulus, Zafius, Bartolus, Corrasius, Balduinus, Antonius Costanus, Connanus, Robertus, Lambertinus, Igneus, Rogerius Amota, Duarenus, Aufrerius, Simancas, Molina, Joannes Garfia, & Lara, in locis relatis per Barbofam in dicta l. dotalem, num. 2. Doctor Spino in speculo, glof. 10. de legato pro dote relicto, num. 76. Josephus Ludovicus decis. 89. n. 17. & 18. novissime Joannes Guttierr. de tutelis, §. curis 3. part. c. 26. n. 16. f. 653.

Joannes Franciscus de Ponte in conf. 35. n. 25. Hanc etiam sententiam veriore existimo, & omninò tenen. 36

dum propter nonnulla Jura, quæ expressè dicunt, nec in hoc cavillari possunt, dotem esse in bonis mariti, mulieris tamen esse, dicta l. quamvis, 78. ff. de jure dotium l. dotis fructus, §. si res, ff. eodem tit. l. Lucius Titius. 21. §. idem respondi, ff. ad municipalem, l. in rebus C. de jure dotium. inducta, ut superius induximus eam, & notatis his, quæ in ejus explicatione supra diximus, ex quibus, & prædictis legibus, vera sit hujus quæstionis resolutio: Quòd dos, licet in bonis mariti sit, mulieris tamen est; nec tamè quæ in bonis nostris sit, domini nostri sit, ut apertè probat Textus in l. honori. 49. ff. de verborum significatione, & diximus supra, num. 26. Et sic mulieris est verum dominium, dum constat matrimonium; sæpè tamen in Jure tribuitur illud marito, sive ipse maritus dominus nuncupatur rerum dotalium, fictione quadam, & subtilitate Juris civilis, sive propter commodum fructuum, & administrationem illi competentem, propter quod non domini rerum, aliquando domini vocantur, ut cum Petro Gregor. diximus supra, n. 20. & iterum dicemus infra, n. 40. sive de jure subtilitatis, id est, ex illo quasi, sive improprio emtionis contractu, qui consideratur in dote, respectu mariti, propter onera matrimonii sustinenda, l. ex promissione 18. ff. de obligationibus & actionibus. Propter quod, res videntur in substantiam, & patrimonium mariti transire, ex dicta l. in rebus, & dominium marito competere, quamvis dominium revera apud uxorem sit, ut in dictis Juribus pro uxore allegatis, dicentibus, dotem esse proprium patrimonium uxoris, & ejus substantiam, & esse rem alienam quoad maritum, quemadmodum & eum, cui in fundo vicini servitus prædialis debetur, dominium esse fundi servientis, jura negant, l. loci corpus ff. si servitus vendicetur, & tamen respectu juris servitutis dominium esse, concedunt jura l. semper adversus, §. in hoc interdico, vers. ergo nunquam ff. quod vi aut clam. Et usufructuarii jus, servitutis esse, quandoque dicunt; quandoque autem fictione quadam & subtilitate juris, dominium esse concedunt, ut alio capite plenius demonstravimus. Et prædictam doctrinam ultra rationes supra dictas clarè probat Text. in dict. l. in rebus, C. de jure dotium quæ in verbo permanserunt, quod significat durationem, & perfectionem, l. urbana 166. §. pernoctare. ibi: per totam enim noctem significat, ff. de verborum significatione. apertè demonstrat, dominium semper fuisse & mansisse penes uxorem; licet de jure subtilitatis, res dotales in substantiam mariti videantur transire. Quod etiam significat Textus in l. cum in fundo 81. ff. de jure dotium. Ubi Jureconsultus Triphonius appellat maritum, quasi dominum rei in dote datæ, penes quem antea dixerat esse rei dotalis dominium in l. quamvis, 78. ff. eodem tit. Ratione enim dictionis Quasi, rejecta Accursii explicatione, ibi, quam merito rejicit Petrus Gregorius in Syntagmate juris, lib. 1. cap. 12. n. 7. similitudo domini, propter commodum fructuum, non verum dominium significatur. Dicitio enim illa Quasi, impropriam significationem vocabuli, & imperfectiorem Dicitio significat. l. 55. ff. de conditionibus. Bartolus in l. si quis qui pro emptore, num. 5. & Jason ibi. n. 92. ff. de usucapionibus.

Et sic retenta superiori doctrina, & resolutione, ex ea ad nonnulla inferri poterit opportunè, quæ sic per aliquem (ex omnibus, qui hæcenus scripserint) non erunt adnotata. Et primò inferuntur ad ea, quæ in quæstione adhuc tractata tradit Nicasius in princ. Institutionum, Quibus alienare licet vel non, oppositione 1. n. 6. Nam imprimis, dum distinguit inter Jus Civile & Naturale, destruitur ejus opinio, ex his, quæ superius dicta sunt contra Barbofam, num. 22. & 24. & dicendis contra Hieronymum de Cævallos num. 44. infra. Deinde, in quantum distinguit statutum præsentem à futuro, ut scilicet considerato exitu rei, quando solvitur matrimonium propter spem illam, uxor dicatur Domina, destruitur

struitur evidenter ex dictis supra contra Barbofam n. 31. et 34. & his, quæ eruditè, & subtiliter adnotavit Jacobus Cujacius in recitationibus solemnibus. in libros Codicis, ad titulum C. de jure dotium, in princ. fol. mibi 303. Ubi dicit, uxorem esse dominam constante matrimonio, non tam, quòd quandoque dos ad eam reditura sit soluto matrimonio, quàm quòd emolumentum dotis constante quoque matrimonio, licet ejus dotis maritus fingatur esse dominus, re ipsa redeat ad mulierem. Nam cum maritus sustineat onera matrimonii, inde fit, ut emolumentum dotis redeat ad uxorem, & fruatur ipsa potius dote quàm maritus; atque adeo ut ipsa re videatur esse domina, maritus esse dominus sine re, propter onera matrimonii, quæ sunt uxori ipsa, quæ alenda, curanda, tuenda est, & liberis & alia similia.

30 Secundò inferuntur, Petrus Gregor. in Syntagmate juris lib. 1. cap. 12. de dominio, proprietate, & possessione. num. 7. eleganter, & vere loquutum in hac materia; nam, ut superius dixi, is pro certo tradit, uxorem constante matrimonio, verum dominium dotis habere; maritum autem propter commodum fructuum, & fictione quadam, & subtilitate Juris Dominum nuncupari. Id quod in Jure fieri solitum esse duplici exemplo, rectissime probat, ut ibi videri poterit.

41 Tertio inferuntur ad ea, quæ & subtiliter, & eruditè scribit Joannes Vaudi, variarum quest. juris, lib. 2. quest. 3. in princ. Ille enim in hac quæstione optimè se habuit, & tandem cum judicio probavit, (alia consultò prætermittit, quæ ibi videri possunt) mulierem aperto jure, intelligi dominam dotis, licet dos in bonis mariti esse videatur, quod dominium minime arguit, ut antea ego dixeram numeris præcedentibus.

42 Quartò inferuntur, Jacobum de Carolis. Pavonis. tertio colore num. 6. folio mibi 103. minime percepisse nostræ quæstionis veram rationem: is enim dicto colore 6. multa involvit de dominio, tandem dicit, constante matrimonio verè dominum & possessorem dotis esse maritum, quamvis uxor etiam dicatur domina, quia habet jus alimentorum, in quo decipitur apertè. Nam ut constat ex superioribus, verum dominium penes uxorem est, & mariti dominium fictitium, aut sine revocatur, ut dicebat Cujacius loco supra relato. Idque propter onera matrimonii, quæ sustinet, & alimenta, quæ ex dote uxori, & familiæ ministrat ipse maritus: Malè ergo verum dominium tribuitur marito per dictum Authorem, quod uxoris esse adhuc probatur.

43 Quintò inferuntur, Jacobi Cujacii declarationem in hac materia valde singularem esse, atque extraordinariam, nec per aliquem adhuc tactam. Ille enim, in recitationibus solemnibus, ad libros Codicis, ad dictum titulum C. de jure dotium, in princ. multa dicit in hac quæstione, tandem superiorem sententiam, quam amplectimur, probat expressè, constituitque, ut supra dicebamus, verum dominium cum effectu, & re ipsa uxoris esse, dum constat matrimonium; maritum tamen juris subtilitate, & sine re, per dotis constitutionem dominum effici, ut plenius ibi legi poterit.

Sextò inferuntur, Antonii Pichardi novissimam resolutionem in hac materia, aut contrariam esse iis, quæ ipse scripsit, aut saltem resolutioni nostræ convenire omnino. Id quod clarè constat ex his, quæ tradit in princ. In Quibus alienare licet vel non. Ubi n. 10. resolvit verius videri, maritum dominum esse. Postmodum verò n. 11. ut satisfaciatur juribus pro uxore adductis, animadvertit, maritum constante matrimonio, subtili quadam juris fictione, rerum dotalium dominum esse; quamvis re vera, & naturaliter earum dominum ad uxorem pertineat. Quod nos fatemur expressè; negamus tamen, (quod ipse dicit) tale dominium, dum pendet matrimonium; filere & inefficax esse; nam est potius re ipsa, & cum effectu multum efficax, propter alimenta, & servitia quæ uxori præstantur, & alia quamplura, quæ mox dicentur, & contra Barbofam idem dicentem superius adnotata sunt.

Joan. del Castillo Quotid. controvers. Juris Tom. I.

Septimò inferuntur, Hieronymi de Cævallos novissimam distinctionem in hac materia, novam non esse, nec veram, atque juris rationi minime convenire: is enim pract. quest. five communium contra communes l. 1. quest. 3. à num. 38. usq; ad n. 62. multa inculcat in hac quæstione, tandem distinguit inter dominium civile, & naturale: Civile marito tribuit, Naturale autem uxoris quod mihi displicet ex sequentibus. Primò ex his, quæ superius diximus, à num. 22. Quatenus contra Barbofam, (qui sic distinguit, sed à prædicto Authore non refertur, nec Nicasius etiam sic distinguens loco supra relato) defendimus utrumque, & verum dominium penes uxorem esse constante matrimonio. Secundò, quia præfata distinctio civilis & naturalis domini in quæstione superiori, non solum jure probari potest, imò contrarium apertè multorum jurum decisione probatur; enim verò si verum amanus, omnia Jura, quæ in hac materia loquuntur, aut simpliciter dicunt dominium esse mariti, aut esse uxoris, aut dotem in bonis mariti esse, mulieris tamen esse: nusquam verò uxori & marito simul dominium tribuunt, aut civile & naturale inte eos dividunt. Tertio & ultimò, hinc resolutioni repugnat utriusque communis resolutio, & auctoritas: Prima enim verum dominium & utrumque marito tribuit, secunda verò uxori. Tutius ergo erit superiore sententiam amplecti, & contrariam rejicere.

45 Octavò inferuntur, ad l. 66. Tauri. quatenus disponit, quòd nemo teneatur satisficere pro debito pecuniario conventus, absque eo, quòd præcedat probatio, sive cognitio debiti saltem summaria, per testes, vel per instrumenta. Quod idem disponit l. 3. tit. 16. lib. 5. novæ collectionis Regiæ Et tamen prædictæ leges debent intelligi juxta jus commune, ut procedant; quando reus conventus actione personali non est solvendo; & sic tenetur de jure satisficere; secus tamen, si est idoneus & solvendo; tunc enim non tenetur satisficere, & idoneus dicitur, si possideat bona immobilia, l. sciendum. ff. que satisficere cogantur. Ubi declarant plenè Doctores scribentes communiter: & post Rodericum Juarez, & alios plures, Alvarus Valaficus consultation. 66. per totam. Unde illæ leges tantum addunt juri communi, ut in casu, quo pauper, sive non idoneus, quia non possidet immobilia, tenetur satisficere, intelligendum sit, si prius præcedat summaria cognitio debiti, per testes, vel per instrumenta, ut declarat Palacios Rubios, & Antonius Gomez. num. 1. in dicta l. 66. Tauri. Matienço in dict. l. 3. glof. 1. num. 3. & glof. 2. & Azavedo ibi, num. 2. si igitur maritus conventus actione personali, bona dotalia immobilia possideat; ab onere satisficendi, (quod vulgò dicitur de arragar) liberabitur, quia, ut supra diximus, talia bona in bonis mariti sunt, & secundum communem opinionem, habet possessionem eorum, ita quod uxor non possideat, sed solus vir, ut per Textum in l. 1. §. l. 3. ff. pro dote. l. 1. C. eodem titulo, l. Pomponius, §. in dote ff. de acq. poss. adnotarunt ibi Gloffa, Bartolus, & omnes Doctores communiter. Gloffa etiam in l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satisficere cogantur, verbo, intelliguntur, & Bartolus expressè ibi in princ. fatetur, quòd vir solus possidet. Idem Bartolus in l. 3. §. ex contrario, num. 6. ff. de acq. poss. Glof. etiam, verbo, possidet, in l. assiduis. C. qui potiores in pig. habeantur. Decius in l. dotis, n. 2. C. de collat. & in conf. 671. num. 6. Paleotus de nobis & spuris filiis. cap. 50. num. 5. Cæpola ad tit. de usucap. pro dote. num. 4. folio mibi 441. Cephalus in conf. 214. n. 4. lib. 2. & receptam sententiam testatur Alexander in dict. §. in dote. Sub dubio tamen propter difficultatem Textus in l. sciendum, §. si fundus. ff. qui satisficere cog. qui videtur sentire, quòd maritus & uxor simul possideant. Quod tenent alii plures, ut constat ex superioribus, & Cujacio, cujus statim mentionem faciam. Unde pro explicatione illius Textus, rejectis his, quæ ad eum adnotarunt Quelada divers. quest. juris cap. 34. num. 20. & novissime Hieronymus de Cævallos pract. quest. five, communium contra communes.

F 2

lib.